Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aliquando fieri dicimus. quod uetari eodem sacro eloquio
non ignoramus. Sciendum u̅ est. qd̅ scriptura sacra duob̅
modis maledictū memorat. aliud uidelicet qd̅ approbat.
aliud qd̅ dampnat. aliter enim maledictū profertur iudicio
iusticie. aliter liuore uindicte. Maledictū quippe iudi
cio iusticie. ipsi primo homini peccanti. prolatū ē cum audi
uit. maledicta terra in ope tuo. maledictū iudicio iusticie
profert̄ cum ad abraham dr̄: Maledicam maledicentib̅ tibi.
Rursum quia maledictū n̄ iudicio iusticie s; liuore uin
dicte promit̄. uoce Pauli p̄dicantis ammonem̄. qui ait. Bene
dicite & nolite maledicere. & rursum. neq; maledici reg
nū di possidebunt. Ds̄ g̅ maledicere dr̄: & tam̄ maledicere
homo prohibet̄. quia qd̅ homo agit malicia uindicte. ds̄ n̄
facit nisi examine & uirtute iusticie. Cum u̅ sci uiri male
dictionis sententiā proferunt. non ad hanc ex uoto ultionis.
s; ex iusticie examine erumpunt. Intus enī subtile di iudi
ciū aspiciunt. & mala foras exurgentia quia maledicto
debeant feriri cognoscunt. & eo in maledicto n̄ peccant.
quo ab interno iudicio n̄ discordant. Hinc ē qd̅ Petrus
in offerentē s̄ pecuniā symonē sententiā maledictionis
intorsit dicens. Pecunia tua tecum sit in perditionem.
Qui enī non ait ē. s; sit. n̄ indicatiuo s; optatiuo modo